Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



num opus desiderat. Oportet ergo epm in reprehensibilem
ee. unius uxoris uirum. sobrium. prudentem. pudicum
ornatum. hospitalem. doctorem. non uinolentum. non
percussorem. sed modestum. non litigiosum. non cupidum.
siue domui bene prepositum. filios habentem subditos
cum omni castitate. Si quis autem domui sue preesse nes
cit. quomodo ecclesie dei diligentiam habebit. Non neophitum
ne in superbiam elatus incidat in iudicium diaboli.
Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab his
qui foris sunt. ut doctrinam dei nri ornet in omnibus.
Gr. Memor sit omnis sacrificii tui. v. Mittam tibi auxilium. Al. Immola deo sacri
ficium laudis et redde altissimo uota tua. Congregate illi scos eius
qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Alla. Diffusa est gra.
Aut Tr. Desiderium anime eius. Quando induitur schandaliis dicatur
oratio ab epis. Omnipotens sempiternus deus. qui es initium et finis.
fac istum famulum tuum. N. fratrem scilicet nrm tua bene-
dictione calciari pedulibus istis in preparationem euuangelii pa
cis. Ad manicas. Inmensam clementiam tuam roga
[illegible] cornimus omnipotens et piissime deus. ut manus istius famu
li tui. N. scilicet fratris nri sicut exterius obducuntur ma
nicis istis. sic interius aspergantur rore tue bene
dictionis. ut quecumque per eas sint benedicenda et con
secranda. per te benedicantur et consecrentur. Qui. Ad
Deus bonorum omnium auctor et largi dalmaticam
tor. guberna famulum tuum hunc. N. fratrem nrm. ut